porro umeruli quattuor ante posita ne ab his ex... dela-
ssent distinebant. Praeconia sunt prophetarum quibus
euangelica et apostolica scriptura ne ceu legitimum indubium
fortius ualet confirmatur. Unde et apostolus petrus de domino
loquens ait. Et habemus firmiorem propheticum sermonem cui be-
ne facitis attendentes. Sed et omnes euangelistae atque apostoli
in suis scriptis legis et prophetarum mentionem facere solebant.
Denique marcus hoc incipit. Initium euangelii ihu xpi filii di sicut
scriptum est in esaia propheta. Et matheus hoc ait totum factum est
ut adimplerentur scripturae prophetarum. Et cetera huius
modi. Bene autem dicitur quod umeruli quippe iiii per par-
tibus [illegible] lutere erant positi contra se inuicem fuerint re-
spectantes. Quia nimirum omnis scriptura prophetica sibimet
consentiens est utpote unius spiritus condita. IIII autem fuisse per-
hibentur singuli umeruli uidelicet propter numerum notitiam.
Namque iiii sunt et libri prophetici [illegible] in nominibus quae locu-
ti sunt prophetae et mosi dicitur iiii euangelistarum testimonium
[illegible] ut consonum utrumque una fide et dilectione xpi nostra om-
nium corda firmarent. Os quoque luteris intrinsecus erat
in capitis summitate et quod forinsecus apparebat unius
cubiti erat totum rotundum paritérque habebat unum
cubitum et dimidium. Os luteris unius erat cubiti propter
unitatem confessionis et fidei quia omnes in confessione pa-
tris et filii et spiritus sancti libri... dicente apostolo
Unus dominus una fides unum baptisma unus deus et pater omnium
et ipsum in capitis erat summitate ut ad caelestia

VII